

immiffus foramen secundæ auriculæ subintret. At fi in prima
 confideratione radius Solis per auriculam anteriorem infufus
 infra foramē auriculæ posterioris extendatur, caput regulæ ad
 partem figniferi editiorem mouendum eft, neq; à tali iterata in
 fpectionē, & regulæ translatione ceffandum, donec radius So
 laris utriufq; auriculæ foramen rectiffime illuftret. Sed hanc
 admonitiunculā, fi mediocri fueris ingenio, quàm primum in
 telliges, ubi inftrumētum centrectare cœperis. Illud autem nō
 eft obliuione prætereundum, quòd Sole prope puncta tropica
 exiftente, obferuationes funt ambiguae. Nam fi regulam longi
 tudinis utrinq; à puncto tropico equaliter remoueas, foramina
 auricularum radios Solares æque fufcipient, atq; idcirco non
 potius in hoc quàm illo loco Solem constitui arbitraberis, nifi
 fimul compertum habeas, utrum Sol ipfe ultra tropicum mo
 tus fit, an citra deambulet. Inuento itaq; loco Solis, ueluti tradi
 tum eft, fimulexemplum cœleftis machinæ in bona parte con
 templari potes. Nam circulus eclipticus inftrumēti recte con
 ftituetur in plano eclipticæ cœleftis, nifi quantum mutat fedes
 inftrumēti à centro mundi remota, quæ quidem intercapedo
 fermè infenfibilis eft, refpectu femidiametri fphæræ Solaris.
 Circulus demum Aequinoctialis fabrefactus fub Aequinocti
 ali cœlefti iacebit, & circulus latitudinis eum fignificabit orbē,
 qui per polos zodiaci incedens totam cœli latitudinem eme
 titur. Porro huiufcemodi figurationem cœli repræfentare pote
 ris per quamlibet aliam ftellam, modo locum eius uerum fecun
 dum longitudinem zodiaci non ignores. Pofta enim regula
 longitudinis fuper locum eius in fignifero ecliptico uoluere o
 portebit regionem fignorum hinc & inde, donec centrum ftel
 læ cum centro oculi contemplatoris in planicie circuli latitudi
 nis conftituantur, tunc enim exemplum machinæ cœleftis ef
 finxiffe te arbitreris. Cæterum ad quamcunq; datam horam
 cœli figuratione repræfentabitur hoc pacto, locus Solis in figni
 fero Aequinoctiali confideratus, ponetur ad notam horæ pro
 poftæ in ambitu Aequinoctiali, & regula longitudinis fuper
 locum